

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1667

Autre(s) référence(s) : Fauroux 225 / Tabuteau 268 / ARTEM 3121

Auteur(s) : Guillaume, chevalier, fils de Gautier, Moulins (seigneur)

Bénéficiaire(s) : Chartres, Saint-Père (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : [1063-1066]

Action juridique : restitution

Langue du texte : latin

Analyse

Guillaume le Bâtard corrobore la charte par laquelle le chevalier Guillaume, seigneur de Moulins, à la requête des moines de Saint-Père de Chartres, leur rend les biens concédés par son ancêtre Guimundus et perdus par l'abbaye à la suite d'un trouble en Normandie : à savoir, la dîme des monnaies, du cens, du tonlieu, de la vicaria, du ban et de tous les revenus du château de Moulins ; la foire de Planches le 8 Septembre, avec le tonlieu et le revenu de ce domaine. Guillaume de Moulins dispense les moines de la corvée (precarias) et des coutumes. Il s'engage à leur abandonner, sur les biens récupérés par lui grâce à la clémence de son seigneur le comte Guillaume, ceux dont ils pourront démontrer qu'ils possédaient du temps de Guimundus, c'est-à-dire la dîme sur les terres, les moulins et les pêcheries de Tercé.

Tableau de la tradition

Éditions principales

- a. Guérard Benjamin, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série. Histoire politique), 1840, 2 vol., t. II, n° 41, p. 548.
- b. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n°225, p. 432-434.

Dissertation critique

1063-1066. - 13 Février. Cet acte date probablement après la réconciliation du duc Guillaume avec les seigneurs anciens alliés d'Henri Ier en 1063, trois ans après la guerre franco-normande qui se déroula sur les confins chartrains jusqu'en 1060. Voir FAUROUX, p. 433.

Texte établi d'après b

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDUE TRINITATIS, PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI. Ego Willelmus miles, filius Walterii, qui castrum teneo de Molendinis, notum esse volo cunctis fidelibus christianis tam presentibus quam futuris, quare adierunt meam presentiam Carnotenses monachi Sancti Petri cœnobii, ut eis concederem, pro anima comitis ac filiorum ejus et pro mea salute, quasdam res quas, tempore Guimundi antecessoris mei, tenerant, quasque amiserant quadam Normaniæ perturbacione. Libentissime quoque quod petierunt annui, ex his videlicet rebus quas recuperavi, hoc est : decimam omnium nummorum de castro supradicto, id est de censu, de teloneo, de vicaria, de banno ; immo de omni reditu qui de castro exit. Dedi etiam feram Plancis Villæ, quæ est in Nativitate almæ Mariæ, .VI. idus SEPTEMBRIS, et teloneum et exitum totius villæ ;

prearias etiam et omnes consuetudines remisi ; et adhuc pactus sum eis, ex his quæ recuperaturus sum per clementiam domini mei WILLELMI comitis, ea scilicet quæ monstrare potuerint se habuisse tempore supradicti Guimundi ; hoc est, decimam de Terciaco, tam de terra quam de farinariis seu piscatoriis. Et ut hæc donatio firma permaneat obnixe precor dominum meum WILLELMUM comitem, pro remedio animæ suæ et pro meo amore, ut manumissione corroboret, suisque principibus corroborandam tradat. Ego vero hanc donationem uxori meæ necnon et filiis meis annuere faciam. Si quis vero hanc cartam donationis quolibet modo infringere voluerit, comiti mille libras argenti componat, et dehinc jaculo maledictionis dampnatus pereat cum proditore Juda. Fiat. Fiat. Placuit etiam subscribere nomina illorum qui hanc donationem viderunt poni super altare Sancti Petri Carnotensis ab ipso videlicet WILLELMO milite, idus FEBRUARII, die [dominica] : Gauscelinus, filius Ricuardi, Richardus, filius Gulberti, Ebrardus de Rivæ, Radulfus nepos, Willelmus, filius Milonis, Christianus de Asperis, Radulfus de Clino Campo, Odo Rufus, de Plancis. Iste quidem, eodem die, dedit Sancto Petro [ecclesiam Sancti Laurentii, que] est sita juxta ripam fluminis Risli, et .XIII. acras terræ [juxta ecclesiam] et tres alias ultra fluvium, acramque una prati, cum decima sui molendini et aratorum suorum, et, assensu ejus, tre[s acras emerunt monachi] ab Hamone suo milite et † Ipse Odo firmavit manu sua ista cruce cum [conjugæ sua Osburgi], et iterum dedit Sancte Mariæ decem acras terre : .IIII. or ad unum Pomerium, et .VI. ad Murges. Hujus rei sunt testes : Serannus, suus prepositus, Teboldus Munnarius, [Corbelinus pelle parius, et Malgerius, filius ejus] et Restaldus meditarius, filius ejus, Radulfus, [Corbellus de Planchis, Giraldus] et Tuoldus, noster minister +++. Willelmus de Molendinis, Willelmus filius, Robertus filius, Albereda, mater eorum, fecerunt has cruces manus suas, et annuerunt hanc donationem carte Sancti Petri Carnotensis cenobii, et miserunt super altare Sancte Marie Plancis. Et viderunt Gauscelinus, filius Ricuardi, Erbertus de Meli curtis et Radulfus, frater suus, Frotlandus, Willelmus presbiter, Gauterius de Bulum.